



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Religiosus varijs morbis variè sanatur, confugiens ad misericordiæ
matrem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

Et ecce sine villo obstaculo & infortunio sub horam decimam meridianam Sillinum apulerunt, confectis ab eis viginti miliaribus extensæ admodum longitudinis. Vbi verò sequenti die Cheruiam venerunt gratias acturi Dei matri, eorum per omnia protectrici, huc rei felicem euentum ac successum miraculosum Pastori enarrauerunt. Qui & postea iterum confirmatus & ratificatus fuit per nobilem supra nominatum, qui horum prædonum manus liber euaserat magna argenti auriq; summa redemptus.

RELIGIOSVS AVARIIS MORBIS

varie sanatur, confugiens ad misericordiæ matrem.

CAP. XL.

Eodem adhuc anno Frater Iacobus Escal-
letus instituti Franciscani Biezi Guardianus apoplexia, simul & torrida febre correptus, statim atque miseriarum & dolorum suorum angustijs pressus, misericordiæ matrem pio cordis affectu inuocauit, sanus euasit. Postea verò Guardianus S. Audomari cum esset, desertus à medicis, amissa loquela, ad vltimos singultus & angustias redactus, misit Cheruiam qui suo nomine ter venerandum missæ sacrificium offerret. Paulo post vbi conualuit, ad pietatis & misericordiæ matrem se transtulit.

lit, eidem & omnium bonorum largitori Deo
acturus gratias.

IDEM RELIGIOSVS AB ALIO
periculoso morbo sanatur meritis eiusdem
beatissime virginis.

CAPVT XLII.

Idem Athi Guardianus cum esset, à pericu-
loso morbo sanctissimæ Virginis matris
meritis liberatus est, Vnde in grati animi si-
gnificationem promisit de superiorum con-
sensu, per octauas assumptionis gloriosæ Vir-
ginis matris Mariæ, verbum Dei prædicare in
ædicula fontis quoad viueret, simulque hæc
dicta beneficia sibi per eam collata publice
annunciare: quod & de facto, ad mortem us-
que præstitit. Pluries illum audiui hæc pro cõ-
cione enarrantem: Obijt hic bonus & pius re-
ligiosus (qui & Athi vt dictum est, fuerat Guar-
dianus) anno 1595. Februarij die 17. la-

borum suorum fructus & præ-

mia sine fine perce-

pturus in cõ-

lo.

INFAN-